UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

Svmma Privilegii Cæsarei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-79699

Visual Library

SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

NOS FERDINANDVS II. Dei gratiâ electus Romanorum Imperator, &c. renouamus, extendimus, & damus Raphaeli Sadeler hoc priuilegium ex Cæſareâ poteſtate, ne quiſquam intra decennium illorum imagines antehac ſeu maiore ſeu minore formâ æri inciſas & excuſas, ſeu libris etiam inſertas, ſeu poſthac ab ipſo & filijs eius incidendas & edendas, quacunque formâ imitando, ſeu æri incidendo, ſeu ligneis typis inſcribendo, ſeu quomodocunque adumbrando, vel è libris eius petendo, vel vnà cum libris, quà totis, quà diuiſis, vel alijs operibus permiſcendo imprimat, edat, vel excudat ſub interminatione indignationis noſtræ Cæſareæ Majeſtatis & pœnâ duodecim pondo puri puti auri, partim in fiſcum Cæſaris redigendi, partim ipſi Sadelero & filijs eius ſine vllâ remiſſione ſoluendi, operiſq; totius ſimul amittendi.

Ferdinandus.